



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 84. An indistrictè omnes Romitetæ privilegio hujus Eugenianæ  
gaudeant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUESTIO LXXXIV.

An indistincte omnes Romipetæ privilegio hujus Eugeniæ gaudeant.

SUMMARIUM.

1. Romipetæ ii solum censendi, qui negotiorum causâ Romam petunt.
2. Præmium dicitur causâ finalis constitutionis.
3. Ratio est mens legis.

**N**euquam, sed ii tantum, qui causarum & negotiorum suorum gratia Romam petunt; Pontifex enim in præmio hujus constitutionis id exprimens, sicuti iudicat hanc suam fuisse intentionem, ut ii solum hoc privilegio fruantur, qui negotiorum aut causarum ergò ad Urbem divertunt, Rom. cons. 15. incip. *visio themate consultationis l. ult. ff. de hered. instit. l. 1. ubi Barib. ff. de origine juris. Præmium enim dicitur ratio & causâ finalis constitutionis, Bald. d. l. fin. Ratio autem quæ est mens legis seu constitutionis, nihil aliud est, quàm ipsa lex & constitutio, licet pater §. distictissimi ff. de leg. 2. Dynus trad. de autoritate glosse num. 21. præses in locis à locutione legis larga. Quæ ab iplo præmio semper est regulanda, latè Navar. cap. si quando except. 8. nu. 1. de Rescriptis.*

QUESTIO LXXXV.

Quid si quis peregrinandi aut devotionis causâ Romam petat.

SUMMARIUM.

1. Peregrinantes gaudent Privilegio Romipetarum.
2. Religionis favor alios excelsis favoretes.
3. Quid si quis recreandi causâ Romam petat.

**E**t causâ hæc est, ob quam quispiam Privilegio hujus Eugeniæ gaudere possit, uti Pontifex satis insinuat in præmio istius constitutionis in vers. pro animarum salute querenda, major enim est favor religionis & animæ quàm libertatis, Philipp. Francus in sua dispositione petitori dubio 3. num. 16. in causarum negotiis.